

Capitulū secundū

Ca. II. d. decimis et primicijs.

A Secundo ius parochiale consistit in decimis et primicijs. Ubi primo de decimis per ordinem sex erunt declaranda. Primum dicitur diuisionis. Secundum redditionis. Tertium qualificationis. Quartum excusationis. Quintum alienationis. Sextum fructificationis. Ad euentiam primi quero quod sint species decimarum? Ad hoc dico quod triplex est decima scilicet spiritualis temporalis et substantialis. Decima spiritualis que figuratur per materialem est humiliatio hominis siue recognitio omnis sui boni a deo et defectus sui a se. Decima enim est perfectionis signum: quod denarius est numerus quodammodo perfectus quod est limus primus numerorum. Nam ultra non procedit nisi replicando per totos numeros. Nouenarius est numerus imperfectus: quod non attingit ad decimum. Dare ergo decimam spiritualiter est quicquid perfectionis in se est deo attribueret et quicquid defectus est sibi retinere: id est a se recognoscere secundum illud *1. sec. xiiij.* Perditio tua ex te israel tamen in me salus tua. Decima temporalis est obser-

uatio quadragesime cum debita deuotione et ieiunio. Cum enim annus per tricetos et sexaginta quatuor dies uoluit ieiunando. xxxvi qui sunt a prima dominica quadragesime usque ad pascha ieiunabiles. Nam sex dominicis diebus que interponuntur non ieiunantur quasi ante decimas deo damus. Est enim xxxvi. numerus decima per dierum anni ut inquit Gregorius in c. quadragesima. de psal. dl. v. quibus cum quatuor dies priores additi sunt ab ipso Gregorius ut confirmarem nos christo in ieiunio qui xl. diebus ieiunauit. Sed ut quis perfecte det decimam huius temporis debet per tempore primarime abstinere a vitijs. Et sicut xl. horis stetit christus in sepulcro mortuus: ita illis diebus suis mortuus sensibus exterioribus. id est mortificatus. et sic xl. diebus stetit in mundo post resurrectionem ad confortandum discipulos et uisitandum: ita illis diebus magis insistas elemosinis priorum. Et sic xl. hebdomadas stetit in utero virginis: ita illis diebus uacis deo orationi et puritati. Et sicut xl. mensibus predicauit in mundo ita illis diebus audias magis predicationes quam alij. Decima per substantie temporalis secundum, *Hos. 13.* est bonorum mobilium licite questorum;